



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi  
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor  
Angelicvs cum Melliflvo,)**

**Schweitzer, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.**

Dubium sextum. An primus homo secundùm Augustinum fuerit creatus in  
statu gratiæ sanctificantis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39320**



## DUBIUM SEXTUM.

*An primus homo secundum Augustinum fuerit creatus in statu gratiæ sanctificantis ?*

**D**E efficacia gratiæ actualis datæ primo homini & differentia adjutorii Quo, & sine quo non fuisse egi in dissert. de necessitate gratiæ. Hic igitur quæstio tantum est de habituali. Respondeo & dico: Primus homo fuit creatus in statu gratiæ sanctificantis. Probatur primò ex enchr. c. 106. ubi ait: *Sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset.* Sermo est de merito de condigno, ad quod requiritur gratia sanctificans.

Probatur secundò: Quia Deus creavit hominem secundum imaginem & similitudinem suam, ut habetur Gen. 5. sed similitudo & imago hæc consistit in gratia sanctificante, aliisque donis supernaturalibus, ut docet Augustinus in cit. Enchr. c. 27. l. de spirit. & lit. c. 22. 23. & 27. & alibi, ergò &c.

Probatur tertio: Quia primus homo creatus est justus secundum Augustinum: *Adam factus est homo, potuit esse aliud, quam factus est. Factus est enim justus, & potuit esse injustus.* Serm. contra Maxim. in Append.

B

ergò